

viro discreto Johanni Holmgersson bona que de domino Magno Bænditsson (!) optinuit, et noster pater, felicitis memorie, quondam possidebat, licet [3: videlicet] in Wæglewe, dimidium octonarium et sextam partem et duodecimam partem dimidiam vnus octonarii Strandkuen et Hæltzyohult gunnakyl testimonio discretorum appropriamus, tali racione, vt nullus heredum nostrorum pro eodem Johanne vel pro suis heredibus, cum aliquibus causis vel queremoniis presumat aliquialiter impedire. In cuius rei euidenciam ob carenciam sigillorum priorum, sigilla discretorum virorum, licet [3: videlicet] domini Erii curati in Hærlæstadhū, Hemmingi Getskallæ Psallæ, et Olauī Jonsson, ciuium Sudhercopensium, petimus anteponi. Datum Hærlastadhū Anno domini M CCC XL VII. in die Sancti Kanuti Regis et Martyris.

4200.

1347 d. 15 Juli.

Lödese.

Konung MAGNUS och Drottning BLANKA upprätta sitt andra testamente, hvare de 1:0 gifva 6000 mark penningar till klostret i Wadstena, der de välja sin graf, och pantsätta för denna summa ön Ordhost (Oroust) i Elfsyssel, hvilken ö skall, i deras listid, med all konglig rätt, penningeböter undantagna, tillhöra klostret, men bör af Konungens efterträdare på thronen återlösas; — 2:0 gifva penningar, dyrbara kläder och jordegendomar m. m. till S:t Olofs eller den s. k. kristkyrkan i Nidaros, kristkyrkan i Bergen, domkyrkorna i Stavanger och Hammar, S:t Magni kyrka på Orkneyöarne, domkyrkorna i Skalholt och Holum på Island och på Grönland, S:t Halvards kyrka i Oslo, apostlakyrkan i Bergen, S:t Mariæ kyrka i Oslo och andra kyrkor, äfven utanför Norge, samt till kloster, hospital och fattiga; — 3:0 förordna om anniversarier och messor på flera ställen; hvarjemte de utse exekutorer och förordna om sättet för gåfvornas utbetalande, m. m. (Jfr N. 4069).

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

IN nomine domini Amen. Nos magnus dei gracia. rex, et blancha. eiusdem gracia regina, suecie. noruegie. et scanie, Considerantes, et jnter nos. sedulo reuoluentes, nichil. morte cercius, et nichil jncercius hora mortis, Considerantes eciam, quod crescentibus donis, crescunt et pariter donorum raciones, Vt quem deus, jn. hoc seculo. donis et graciis. ditauerat, amplioribus, sit vtique striccius obligatus, deo dignum. debitum, soluere graciaram, Cum igitur nos. licet indignos et jnmeritos, deus per sui graciarn, jnter filios hominum, peramplius sublimauerat, et bonis temporalibus ditauerat affluenter, de bonis. nobis. a deo concessis, et collatis., jn honorem dei, et sanctissime matris eius marie, ac salutem animarum nostrarum, et nostrorum remedium peccatorum, Ad mentes nostras et corpora sani, et jncolumes. Vtinam sic ad animas, deliberacione prehabita diligenti, testamentum nostrum statuimus. jn hunc modum, Jn primis igitur legamus monasterio in wadzstenom, jn regno nostro suecie, Lincopensis dyocesis, Vbi vtriusque nostrum eligimus sepulturam, sex. millia marchas denariorum monete nostre nunc currentis,

Pro cuius pecunie summa, predicto monasterio, jnsulam nostram dictam ordh-ost, jn ælfwæsystlu sitam, asloensis dyocesis, jn pignus tradimus., per hunc modum, videlicet quod, ipsum monasterium, ad dies nostros pacifice habeat predictam insulam, cum omni iure regio, nullo excepto, nisi emendis. pecuniariis, dumtaxat, per successorem nostrum legitimum regem noruegie, nichilominus, pro premissa summa pecunie redimendam, sic quod. sexcentas marchas denariorum, vsque ad totalem huius pecunie. solucionem, predicto monasterio, singulis annis soluet, si autem aliqua vice, plus quam premittitur soluendum decreuerit, hoc stet, jn regis potestate, vt tanto cicius redimatur, tamen vsque ad vltimi denarii solucionem monasterium predictum, memorata insula gaudet inconcussa, cum ratione alicuius longeeue habitudinis, Pro leuandis jnterim fructibus, et vsufructibus, de memorata summa nichil duximus defalcandum, quod factum nostrum, nullus hominum, cuiuscunque condicionis existat sub obtestacione diuini iudicii, ausu temerario, jnfringere audeat vel turbare, Jtem legamus ecclesie sancti olau. in nidhrosia, dicte cristkirkiu, pro fabrica, centum quinquaginta marchas monete nostre norice, jtem vnam casulam, dalmaticam, subtile, vnam capam, pro sacerdote, et duas. pro cantoribus, tres albas cum earum pertinenciis, cum antipendio, et cum omnibus altaris ornamentis, sunt etenim jndumenta predicta, de tela tartarea preciosa, Jtem eidem cristkirkiu. decem marcharum bool terre perpetuo possidenda de prediis ad nos per dominum sighurdum. landæ, omni iure atque legitime deuolutis: Pretextu quorum prediorum, anniuersaria cuiuslibet nostrum. cum duobus lispund cere, et duodecim oris denariorum pro missis. singulis annis teneri et haberi. in eadem ecclesia tenebuntur., De illis eciam terrulis, singulis diebus anniuersariorum, triginta pauperibus personis providebitur in expensis., Jtem legamus, pro vna. prebenda. jn eadem ecclesia fundanda, viginti sex marcharum bool terre, que ad nos, per eundem dominum sighurdum landæ, omni iure, sicut premittitur, deuenerunt., cum omnibus eorundem prediorum pertinenciis, sicut in litteris super. hoc. specialiter confectis, plenius continetur, hac apposita. ratione, quod tamen ad dies nostros, nobis, et karissime consorti nostre predicte, cedat et competat ius merum et plenarium, presentandi clericum prebende memorate, quem ad ipsam magis duxerimus eligendum., post mortem vero nostram, vtinam. jn. domino. felicem et votiuam, huiusmodi. potestatem, ad prouidenciam pontificis predictæ ecclesie, quicumque fuerit, omnino censuimus deuoluendam, vnumque, altare jn eadem ecclesia fundabitur, jn laudem et honorem sanctorum olau, et erici, regum et martyrum, ibique quatuor misse, jn qualibet septimana, videlicet jn secunda feria, pro animabus nostris, et omnium fidelium defunctorum, feria quarta, de sanctis olauo et erico, sexta

de sancta cruce, sabbato de domina, per possessorem illius prebende, vel per alium suo nomine, in perpetuum debeant celebrari,, In singulis eciam missis, vtriusque nostrum. commemoracio habebitur, in eternum., nobis et nostris successoribus veris et legitimis in predicta prebenda. vt premittitur., tantum, nec vltra nec minus iure aliquo reseruato, Jtem ecclesie dicte cristkirkio berghis, vnum antipendium., vnam casulam., subtile dalmaticam, et vnam capam. Jtem ecclesie stafanggir vnam casulam, dalmaticam, subtile, et vnam capam. Jtem ecclesie Hamar tantum., Jtem ecclesie cathedrali sancti magni in orchadia, tantum, Jtem ecclesie scalahult, jn islandia tantum., Jtem ecclesie Holæ tantum, Jtem ecclesie cathedrali jn grønelande centum marchas denariorum, jn vestibus pro ornatu ecclesie preciosis, Jtem ecclesie sancti halwardi asloÿe, pallam regulam, stuchas, vnam casulam, dalmaticam, subtile, et capam, de tela tartarea preciosa, Jtem ad altare beate virginis eiusdem ecclesie, ad plagam septentrionalem, situm, viginti marcharum bool terre, sicut expresse sonant, littere super hoc alias confecte, pro quibus perpetuus vicarius illius altaris, anniuersaria, cuiuslibet nostrum, cum tribus lispund cere, duabus marchis denariorum, pro missis dicendis, et vna marcha pro psalteriis legendis, et quadraginta pauperibus personis, singulis diebus anniuersariorum. tenendis. perpetuis temporibus tenebitur celebrare,, vtriusque eciam nostrum, commemoracionem, jn qualibet missa, habebit coram illo altari, de domina celebranda, Idemque perpetuus vicarius,, pretextu istius donationis, tenebit post canonicos primam sedem., Jtem ecclesie apostolorum berghis sexaginta marchas denariorum pro fabrica, Jtem legamus decem marcharum bool terre, ad sustentacionem communis eorum, sicut littere nostre super hoc alias confecte edocent euidenter, sub hac condicionem, quod canonici ecclesie supradicte anniuersaria cuiuslibet nostrum, teneant, cum duobus lispund cere., duodecim oris denariorum., pro missis dicendis, et decem pauperibus personis pascendis, illo die quo aniuersarium quodlibet celebratur., Jtem ad. ecclesiam beate marie asloÿe, centum marchas denariorum, pro emendis jndumentis, et ornamentis, ecclesie,, Jtem ad commune decem marcharum bool terre, cum eisdem condicionibus, sicut. jn ecclesia apostolorum., Jtem soluimus eidem ecclesie, pro viginti sex marcharum boll terre receptis., de ecclesia predicta, cum quibus, fundauimus prebendam predictam, ad honorem sancti olaui, jn. predicta nidhrosia, bona deuoluta ad nos, per ericum diupa, jn. hadhingjædal, wældrese., hadhalande., tam pro illis viginti sex marcharum, bool terre, que pro prebenda predicta. donauimus, quam pro illis decem marcharum bool terre, que ad vsus communis dedimus, vt preferitur., Si vero predictæ terrule, quas ad restituendum, ipsi ecclesie, beate

virginis deputamus, ad plenum. non satisfecerint, extunc nos. et successorem nostrum presentibus obligamus, ex aliis terris. superaddere, quod defecit,, Si autem aliquid supermanserit, hoc ad iurisdictionem regiam volumus pertinere, Jtem ad crucem jn. fana, quinque marchas argenti, Jtem jn hærðhlæ tantum, Jtem. jn. ledhæ tantum, Jtem ecclesie jn stikilstapum, decem marchas argenti,, pro emendis ecclesie ornamentis, Jtem ad sanctum thomam, jn cantuaria vnum calicem de quinque marchis auri,, Jtem ad sanctum ludouicum jn sandinis apud parisius similiter, Jtem ad draxmark decem marchas argenti, Jtem ad reyns monasterium tantum, et decem marcharum bool. terre, pro cuiuslibet nostrum anniuersariis, tenendis, cum. vno pund. et dimidio cere, et duodecim oris denariorum, pro missis celebrandis,, Jtem monasterii conuentui, jn castello., quadraginta. marchas denariorum, Jtem hospitali. jn warno., et omnibus monasteriis bona predialia jn noruegia habentibus tricentas marchas denariorum, jnter predictum hospitale et singulos conuentus equaliter parciendas, Jtem omnibus conuentibus fratrum predicatorum noruegie centum marchas denar. Jtem fratribus minoribus tantum Jtem omnibus hospitalibus jn. regno. nostro noruegie., excepto. hospitali jn warno. centum marchas similiter, Jtem pauperibus personis jn ælfwasyslu et ranarike, quadraginta marchas denar., jnter eos equaliter diuidendas, Jtem in thesauraria asloensi, similiter,, Jtem in thesauraria tunsbergensi similiter,, Jtem jn thesauraria. berghensi. similiter,, Jtem jn thesauraria. nidhrosiensi,, similiter,, Exsequutores huius nostri testamenti, Venerabiles jn. christo patres, amici nostri dilecti, domini archiepiscopus nidhrosiensis, asloensis et hamarensis ecclesiarum, episcopi, domini Jwarus Aghmundæson, aghmundus, guthormsson, milites, biernerus ærlingson, et ormerus østinsson, ad rogatum nostrum. permaneant, vt supradicta omnia et singula eo, efficacius quo fidelius, nostri testamentarii sunt effecti exsequantur, Si autem aliquem [ø:—quis] nostrorum exsequutorum, predictorum, de laycis, ante solucionem testamenti nostri. predicti migrauerit ab hac luce, extunc reliqui exequutores residui, pari. consensu. de laycis. alium eligant, loco sui, debent eciam predicti nostri exequutores. testamenti expetere. et recipere litteras quitatorias, de singulis ecclesiis. atque. locis, vbi, et quociens, predictum soluerint testamentum,, cuius testamenti nostri solucionem, super honorem et animas nostorum, exsequutorum, sicut coram deo respondere voluerint et debebunt,, thesaurarius noster insuper asloensis, thorgillus smidhzson, qui. nunc est, aut qui. pro tempore fuerit, post obitum nostrum, de thesauraria. asloensi, totum. censum. leuare debet, et de annuis redditibus, nostrum. soluere testamentum, litterasque quitatorias, jn singulis. locis recipiat, vbi. soluerit vt prefertur, Idemque noster thesaurarius, nulli. hominum, de castro akirsborgh, vel de thesauraria-

saularia supradicta., nisi illi. de nobis, qui alterius nostrum superstes fuerit, et nostris. exequutoribus respondebit, Jdem. nichilominus thesaurarius noster asloensis, et qui castrum habet akersborgh, illi. de nobis qui supertes [o: superstes] fuerit, alterius et nostris exsequutoribus supradictis, de omnibus perceptis et erogatis, singulis annis, vsque ad solucionem vltimi denarii tenebitur computare, Ipse insuper, qui de nobis alterius. superstes fuerit, vna cum. nostris exsequutoribus illius thesaurarie atque castrum. debet constituere. prouisorem., qui se de solucione huius testamenti, exhibuerit voluntarium, et fidelem, Post cuius solucionem jntegrale, predicta thesauraria, vna cum castro. akersborgh., sicut relique tesaurarie, et castra regni nostri. noruegie., secundum ordinacionem consiliariorum regni noruegie., stare debet, quicumque igitur contra hanc nostram ordinacionem temere attemtauerit, iudignacionem dei. omnipotentis beate marie virginis, sancti. olauis regis, ac omnium sanctorum atque nostram., se nouerit jncursurum, In cuius. facti euidentiam sigilla nostra, vna cum sigillis, venerabilium patrum. amicorum et consiliariorum nostrorum, videlicet domini arneri archiepiscopi nidhrosiensis., salomonis asloensis, halwardi hamarensis, thorstani berghensis, guthormi stafangrensis, dei gracia ecclesiarum episcoporum, domini. arneri hamarensis et. asloensis ecclesiarum canonici., dominorum ærlingi. wikundæson, iohannis hakthorisson, jwari aghmundæson., aghmundi guthormsson, aghmundi findzson, halzstani simonsson militum., biernonis ærlingson, sighurdi hakthorisson, elauis elefson, omeri [o: Ormeri] østensson, gunnari hwit, olauis alfson, thronderi. krakæson, armigerorum., sunt appensa Datum, ludhosie anno domini M^o CCC^o XL^o septimo. dominica ante beate margarete virginis et martyris.

Sigillen, alla på snören af blått, rödt och grönt silke: N. 1, fragment af Konungens stora Norska sigill; N. 3, »S, Arnonis» &c., Norska Ärkebiskopen Arneri, skadadt; N. 5, »S. Salomonis dei gracia Osloensis ecclesie Episcopi huius nominis primi»; N. 9, »Se . . . um Erlingi f. Vikunni» (ett upprest lejon, bärande ett svärd); N. 10, »Secretum Johannis Hakthorie» (blott hjälm med plymer); N. 12, Agmund Guttormsson (tre kransar); N. 15, »S . . . lu . . . ber . eri. E verkoy (vapnet som N. 9); N. 16, »S. Sigvardi ri.» (krönt lejon, hållande en yxa, nedra delen otydlig); N. 18, inskriften borta (klufven lilja, i öppningen en rosett); N. 20, »S. Olavi f. Oliveri» (skölden klufven, till höger en half lilja, till venster två sparrar); N. 21, »S. Thorndoni Crachonis» (skölden klufven, till höger två ginbalkar, till venster en halfmåne). N. 2, 4, 6—8, 11, 13, 14, 17, 19 jemte snörena, borta.

4201.

1347 d. 15 Juli.

CARL MAGNUSSON bortbyter ett örtugland i Löta i Bettna socken till Riddaren Sigge Magnusson, mot ett örtugland i Ösby i samma socken och en mellangift af 10 mark penningar.

Orig. på perg. i Sv. Riks Arch.

Vniuersis presentes litteras inspecturis. karulus magnusson salutem in domino sempiternam Nouerint vniuersi me nobili viro domino siggoni magnus-